

BENNERT, lib. 1. *prax. e. de Epilepsia*, pag. 607. **SPERMA rana**rum imprimis est ex usu, estq; liquor quidam limpidus & rosceus tempore verno super aquas natans inventus, qui est sperma sive potius collecta ova: nam si exponantur loco calido exinde generantur ranae; sunt ergo ova cortice mucilaginoso investita, adstricta & collecta. Hoc ne corrumpatur, trajicitur in loco frigido per saccum, & inspergitur aliquantulum Ois, & sic postmodum ponitur in ☉, & ad longum tempus adservatur. Potest praescribi ad multos usus externos. I. est Expertum remedium contra quaecunque inflammationem cum linteis duplicatis adhibita: adeo ut in cura Erysipelatis nihil sit efficacius. Deinde quoscunque ardores & inflammationem potenter sistit & intensissimos dolores, imprimis quae oriuntur ex acido, sedat; idque ratione copiosi ☉is vol. demonstrante **TACHENIO** per Enchiridion Mechanicam in *Hipp. chim.* quod probabile est fatis, & ego credo. Convenit ergo in compescendis doloribus ab acido oriundis. Unde applicata articulis podagricis tam manuum quam pedum solamen adfert egregie. Testante **TACHENIO** & quam plurimis practiceis, qui hujus rei habent experientiam mirè hanc ☐. in qua paulillum Camphorae fuit dissolutum in arthriticis doloribus conferre **Listerius** ipsemet compertum habeo.

Egregium est cosmeticum sperma & ☐ destillata abstergit sordes & maculas, & ab acido obortas detergit, si permisceatur cum tantillo Camphorae. Imprimis in gutta rosacea, rubore faciei tantummodo cum ☉e preparato sperma ranarum est egregium. In Panaricio sive verme sub digito, i. **DM** **Burm** am **Singer** linteum madefactum sanat in continenti istius dolorem: quando quidem applicatur, intensissimos excitat dolores, subito tamen postmodum cessantes. Externe sperma ranarum quascunque haemorrhagias feliciter sistit, sive sit narium sive uteri in specie, aut haemorrhoidum: Nam applicatum cum aceto rosaceo in spongia in nimio fluxu haemorrhoidum, mensium, item lochiorum expertum est remedium: uti superius aliquoties dedi formulas. Quoad modum colligendi observetur, quod **COLLIGENDUM** sit in **PLENILUNIO**, nam si in novilunio colligatur, semper foetet, etiam si vicies destillatur. Destillatur autem & sit ☐. spermatis ranarum & haec valet ad ea, ad quae sperma. Teste **TACHENIO**, modo legitime & caute per alembicum plumbeum destillatum, tunc enim ☉. vol. & alcali occultum secum rapit, & ad omnes affectus est utilis, ad quos ipsum sperma ratione ejusdem. In dolore capitis nimio instar Epithematis applicatum sperma ranarum est egregium: item in inflammatione Epatis nimia in specie in inflammatione sive ardore Epatis est singulare. ☐. spermatis ranarum partum promovere, doloresq; ante partum cessantes denuo excitare mihi, ceu saepius expertum, retulit hic mulier fide digna. Dixi etiam, quod ad quascunque inflammationes sit summum remedium sperma ranarum. Unde elegans Epithema est **BARTHOLETTI** ad intemperiem Epatis calidam, seu ad ejus nimiam inflammationem, quo multum praestitit in tractatu de respirat. pag. 492. Compositio est talis.

☉. ☐. hyoscyami, Nymphae, plantaginis ana ꝑi.

Spermatis ranarum ꝑiij.

Sacch. H. Camphora in Spiritu vini dissoluti ana ☉j

Salis prunella ꝑi.

Misce pro Epithemate jecori applicando. Ad eandem rationem cum Epithematis pro aliis partibus appropriata possunt permisceri. Ex ranis fit cinis, qui cinis est expertus in haemorrhagia quacunque: deinde confert etiam in curando cancro exulcerato, imprimis si scil. calcinetur, & calx seu cinis iste inspergatur cancro exulcerato, imprimis quidem si antea cancro exulcerato applicetur cancer vivus ligatis gelis donec moriatur, qui applicandus tamdiu, usque dum non amplius intereat, & quando non amplius moritur, signum est quasi interfecti cancri, tunc inspergendus pulv. vel ex bufone calcinato, vel ex rana calcinata cum saccharo H. & similes pulveres alii: nam quando non amplius moritur cancer, indicium est cancerum morbum esse exanimatum. Pulv. sperniola compositum habebimus ubi de pulveribus. Enchiridis quam habet auctor est notatu digna.

SEPIA der Black-Fisch.

EX hac usurpatur imprimis OS, quod valde essiccatur & abstergit: imprimis specificum est ad sistendum Gonorrhoeam, in qua nulli alio remedio cedit: dosis est à ☉ ad ꝑi. Mirè prodest hic pulvis ossis sepiæ: sive sub conserva rosarum ac formæ boli propinetur sive cum ☉ diaphoretico & succino preparato sub formâ pulveris compositi usurpatur. Expertæ sunt hujusmodi propinata in Gonorrhœa maligna virorum. Idem os sepiæ calcinatum commendatur ad vitia gingivarum: Unde ingreditur pulveres dentifricos cum aliis, vel cum melle sub forma linimenti, quod si hoc irretetur cum succo cochleariæ vel spiritu ejus, sit specificum appropriatum in scorbuto oris. In affectibus oculorum, lippitudine, ophthalmia & similibus affectibus est magni usus pulv. ossis sepiæ in Collyriis, sive in formâ sicca sufflatus, sive cum unguento appropriato instar linimenti applicatus.

TESTUDO die Schild-Kröte.

EX hac testudine & quidem ex ejus CRUSTA preparatur Periapte in podagra, cujus preparationem habet **AUCTOR**: aliique auctores, qui scripserunt de istâ: Paratur etiam Symplicium ex testudine, qui commendatur non immeritò heceticis & phthisicis: imprimis si eorum affectus orientur ex vitio culinæ communis stomachi. Tribuitur testudini certè singularis vis contra phthisin. Propterea habent ☐. ex ostreis, testudinibus & cancribus, quam commendant iis, qui laborant phthisi vel atrophîâ. Sunt etiam, qui singulari artificio parant magisterium ex testudinibus pro tabidis.

THYMALLUS.

QUI aliàs vocatur *Aschia* & quidem usitatius apud Practicos. Ex hoc commendatur **AXUNGIA** ad maculas oculorum & ad eorum ungues abstergendos est egregia. Cæterum pro reliquis commendatur ad delendas cicatrices tam vulnerum quam variolarum, si scil. liquecat in ☉. colorem album sive croceum habens, in ☉ egregie rubescit, & colorem instar rubini nanciscitur: idque eò magis, si misceatur cum melle, & hinc assequitur egregiam vim abstersivam. Hæc ita parata axungia *Aschiæ* piscis valde conducit in delendis cicatricibus vulnerum & variolarum, inuncta vulneribus, quando incipiunt coire labia, quæ sine vestigiis Cicatricum consolidat, & id eò magis, si permisceatur cum tantillo balsami Peruviani.

* Bb 3 ni,